UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Bogensignatur

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

ad perueniendum ad beatitudinē poſt primam gratiam, cadere ſub merito ſimpliciter, intelligendum eſt de omnibus habētibus rationem termini, ne ſit quæſtio de cōſeruatione, & perſeuerantia, quæ tamē ad primā gratiā ſpectare dici poſſunt.

Lib. 18. Moral. cap. 2. a med.

¶Secundo, quòd ſicut bonū eſt duplex, ſimpliciter & ſecundum quid, ita meritum: & merito ſimpliciter, quod eſt meritū gratiæ, reſpondet bonū ſimpliciter: merito ſecundum quid reſpōdet bonum ſecundū quid ſcilicet bonū tēporale ſecundum ſe.

¶ Tertio, ꝗ quemadmodū in merito ſimpliciter inuenitur prima radix ordinatio diuina per gratiæ donum, & ſecunda liberum arb. ita in merito ſecundum q̄d inuenitur ordinatio diuina non per gratiā, quia non eſt aliquid excedens naturā: ſed per propoſitum conſequendi illud tēporale, & liberum arb. operans pro conſecutione illius. Vt ſic ſit meritum ſecundum quid hominis apud Deum proportionaliter, ſicut meritum ſimpliciter: & merces ab eodem reddatur, qui tanta bonitate affluit, ut etiam inter malas noſtras uolūtates gaudeat ſe ordinare opera, quæ remuneret. Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Et hæc quo ad præſentis operis expoſitionem ſecundū proprij ingenioli facultatem dicta ſunt ad exaltationem ueritatis, & doctrinæ diui Thomæ. Romæ, Anno ſalutis 1511. Aetatis uero meæ 43. die 29. menſis Decēbris. Deo, diuæ Mariæ, di-

¶ 2 Præt. Illud uidetur ſub merito cadere, quod Deus alicui retribuit ꝓ aliquo ſeruitio quod fecit: ſed Deus aliquādo recompenſat hominibus pro ſeruitio ſibi facto aliqua bona temporalia. dicit enim Exod. 1. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos. ubi glo. Grego.* dicit, quòd benignitatis earum merces potuit in æterna uita retribui: ſed culpa mēdacij terrenam recompenſationem accepit. & Ezech. 29. dicitur: Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum, & merces non eſt reddita ei. & poſtea ſubdit: Erit merces exercitui illius, & dedi ei terram Aegypti pro eo quòd laborauerit mihi. ergo bona temporalia cadunt ſub merito.

¶ 3 Præt. Sicut bonum ſe habet ad meritum, ita malum ſe habet ad demeritum: ſed propter demeritum peccati aliqui puniuntur a Deo temporalibus pœnis, ſicut patet de Sodomitis, Gen. 19. ergo & bona temporalia cadunt ſub merito.

¶ Sed contra eſt, quòd illa quæ cadunt ſub merito, nō ſimiliter ſe habent ad omnes: ſed bona temporalia, & mala ſimiliter ſe habent ad bonos & malos ſecundum illud Eccleſ. 9. Vniuerſa æque eueniūt iuſto & impio, bono & malo, mūdo & immundo, immolāti uictimas, & ſacrificia cōtemnenti. ergo bona temporalia non cadunt ſub merito.

Respon. Dicēdum, quòd illud quod ſub merito cadit, eſt præmium, uel merces, quod habet rationem alicuius boni. Bonū autem hominis eſt duplex, unum ſimpliciter: aliud ſecundum quid. Bonū hominis ſimpliciter eſt ultimus finis eius, ſecundum illud Pſal. 72. Mihi aūt adhęrere Deo, bonum eſt: & per conſequens omnia illa quæ ordinātur ut ducentia ad hunc finem, & talia ſimpliciter cadunt ſub merito. Bonum autem ſm quid, & non ſimpliciter, hominis e[...], quod eſt bonū ei ut nūc: uel quod ei eſt ſecundum quid bonum, & huiuſmodi non cadunt ſub m[...] pliciter, ſed ſm quid. Secundum hoc ergo [...] eſt, ꝙ ſi temporalia bona conſiderentur p[...] utilia ad opera uirtutū, quibus perducim[...] æternam, ſm hoc directe & ſimpliciter ca[...] merito: ſicut & augmentū gratiæ, & oīa illa [...] homo adiuuatur ad perueniendū in bea[...] poſt primā gratiā. Tñ. n. dat Deus uiris iu[...] nis tpalibus, & ēt de malis, quantum eis ex[...] perueniendū ad uitā æternam, & in tñ ſim[...] citer bona hmōi temporalia. unde dr̄ in Pſ[...] mentes aūt Dominum non minuentur o[...] no. & alibi: Non uidi iuſtum derelictū & c[...] Si aūt conſiderētur hmōi temporalia bona [...] ſic nō ſunt ſimpl̄r bona hominis, ſed ſm q[...] non ſimpliciter cadunt ſub merito, ſed ſm [...] quātum. ſ. homines mouentur a Deo ad a[...] poraliter agenda, in quibus ſuum ꝓpoſitu[...] quūtur Deo fauente, ut ſicut uita æterna e[...] citer p̄mium operū iuſtitiæ per relatione[...] tionē diuinā, ſicut ſupra dictum eſt: * ita t[...] bona in ſe cōſiderata habeant rōnem mer[...] bito reſpectu ad motionem diuinā, qua [...] hominū mouent̄ ad hæc proſequenda: lic[...] dum in his nō habeant hoīes rectam int[...]

Ad primvm ergo dicēdum, quòd ſicut [...] cit contra Fauſtum lib. 4. * In illis tēpora[...] miſſis figuræ fuerunt futurorum ſpiritua[...] implentur in nobis. Carnalis enim popu[...] miſſis uitæ præſentis inhærebat, & illoru[...] tum lingua, ſed etiam uita prophetica fu[...]

Ad secvndvm dicendū, quòd illæ retr[...] dn̄r eſſe diuinitus factæ ſm comparation[...] nam motionem, non autem ſm reſpectu[...] litiam uoluntatis, præcipue quantum ad [...] bylonis, qui non impugnauit Tyrum, q[...] Deo ſeruire, ſed potius ut ſibi dominiu[...] ret. Similiter etiam obſtetrices, licet habu[...] nam uoluntatem quantum ad liberation[...] rorum, non tamen fuit earum recta uolu[...] tum ad hoc, quòd mendacium confinxe[...]

Ad tertivm dicendum, quòd tempo[...] infliguntur in pęnam impijs, inquantum [...] adiuuantur ad conſecutionem uitæ æter[...] autem, qui per huiuſmodi mala iuuātur, [...] pęnæ, ſed magis medicinæ, ut ſupra dictu[...]

Ad qvartvm dicēdum, quòd omnia [...] niunt bonis & malis, quātum ad ipſam [...] bonorum, uel malorum temporalium, [...] quantum ad finem: quia boni per huiuſ[...] nuducuntur ad beatitudinem, non autem [...] hæc de moralibus in communi dicta ſuff[...]

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes ſunt Quaterniones, preter LL qui eſt Duernio.

VENETIIS, MDXCII.

Apud Dominicum Nicolinum.